Notum sit omnibus et singulis quibus expedit universis tam presentibus quam futuris Quod ergo Pascho heres de Stassow Procurator Illustris principis
domini domini Sigismundi dei gracia ducis de Nowogrodek ex commissione et mandato ipsius domini ducis in causa que vertitur inter Nobiles Raphaelem
de Moszczenicze et Johannem dictum Pluchta Scultetum de Podolowka pro quibusdam pecuniarum summis videlicet pro [illegible] marcis Ego vero Pascho volens justiciam
facere descendi Cracoviam et assumptis nobilibus viris dominis Litwosio procuratore officiali Cracoviensi Petro de Gorzeszyce Mathie Cholewa de Cmielina
Petro Crzyszanowszo Janussio Probolowskij de Modlnicza viris eciam aliis Nobilium virorum duorum quarum prima domini Petrassii de Jamtowicze
et judicis Sedis vero domini Sbigneui Marsalchonis Regni Polonie et Capitanei Cracoviensis Tercia vero litteras Reverendissimi in christo patris et domini domini Nicolai
dei gracia Archiepiscopi Gneznensis et Przedborii de Zabloze burgrabii Castri Cracoviensis tamquam commissarii deputatum qui eciam concordiam inter
prefatos Raphaelem et Johannem dictum Pluchta Scultetum de Podolowka fecit cum pena vallata Nos vero visis hincinde litteris eorum et bene suprascriptis
tamen et inspectionibus informati sumus eidem Raphaeli de Moszczenicze prout jus se extendebat dedimus et assignavimus liberam ac omnimodam
possessionem mediam partem Sculteie in Pluchta Villa Podolowka et litteris successoribus libere vendendi et alienandi possit et valeat ad
nutum sue voluntatis et eius posteri perpetuis temporibus duraturis In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus subappensum
litterarum testimonio Datum et Actum in Castro Cracoviensi Anno domini M° CCCC° xvi° in Crastino Sancti Stanislai gloriosi pontificis et martyris

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

442